

Securitatē ab hostibus in Sessione ad dextram ejusdem.

Securam Judicij expectationem in Reditu Christi Redemptoris nostri &c.

*Unum restat:* ut post habitis omnibus in universo mundi theatro splendidis & caducis, judicij extremi expectatione indubitata, ad timorem Dei & gloriae ipsius profectiōem atq; precum assiduum studium stimulemur: ex monito & ratione S. Joh. Ap. 14, 7.

Fac igitur Domine Jesu, ut huc collimemus & venicito; & ex ergastulo hujus mundi immundi educ nos ovantes in vitam perennem: ut te celebremus æternū cum Sanctis, tum Angelis tum beatis hominibus, cum Patre & S.S.

Cui Triuni Deo sit potestas laus & honor amen!

---

## DE DEO SPIRITV SANCTO.

DOMINICA XXII.

Ex Quæst. 53.

*SPIRITVS SANCTVS ADOPTIO-  
nis fidelium arrhabo.*

TEXTUS I. COR. 2, 11. & 12.

*Vers. 11. Quis hominum novit ea quæ sunt ho-*